

*Didicit obœdientiam  
et factus est auctor salutis æternæ.*

Léctio Epístolæ ad Hebræos

5, 7-9

<sup>7</sup> **C**hristus in diébus carnis suæ,  
preces supplicationésque  
ad eum, qui possit salvum illum a morte fácere,  
cum clamóre válido et lácrimis ófferens  
et exaudítus pro sua reveréntia,  
<sup>8</sup> et quidem cum esset Fílius,  
dídidit ex his, quæ passus est, obœdiéntiam;  
<sup>9</sup> et, consummátus,  
factus est ómnibus obœdiéntibus sibi  
auctor salutis æternæ.

Verbum Dómini.